

M. PAULI JUUSTEN,
EPISC. QUONDAM AB.

CHRONICON EPISCOPORUM
FINLANDENSIVM,
ANNOTATIONIBUS ET SYLLOGE MONU-
MENTORUM ILLUSTRATUM.

CUJUS

PARTICULAM XLIX,

CONS. FAC. PHILOS. R. ACAD. ABOËNSIS,

PRÆSIDE.

M. HENRICO GABRIELE
PORTHAN,

ELOQV. PROFESSORE REG. ET ORD. R. ACAD. LITT. HUMAN.
HIST. ET ANTIQVIT. NEC NON R. SOCIET. SC. UPSAL.
MEMBRO,

Publicæ bonorum censuræ submittit

SVENO ERICUS HÄGGBERG,

Satacundenfis.

In Audit. Majori d. X Mart. MDCCXCVIII.

b. a. m. consuetis.

ABOÆ TYPIS FRENCKELLIANIS.

49.

THESES RESPONDENTIS.

THESIS I.

Licet eruditis omnis generis, Historiarum studium diligens magnam afferat utilitatem; in veterum tamen auctorum interpretibus illud imprimis summæ est necessitatis: quo nomine quanti momenti facris quoque sit interpretibus, facile patet.

Thef. II. Olim moris fuit, ex Historia Patria antiquiori auxilio quærere alendi in populo nostro studii bellici: quo consilio exempla fortitudinis Gothorum aliorumque barbarorum, qui Romano imperio interitum attulerant, quosque ex Patria nostra omnes fere erupisse inditium habebatur, impense laudabantur. Hodie autem videas, ad hypothefes consiliaque varia variorum æconomica confirmanda, eandem Historiam antiquam adhiberi, ac quod mireris, industriam prudentiamque majorum nostrorum æconomicam, sub tempore Ethnicismi, vehementer laudari atque ad imitandum proponi.

Thef. III. Quæ res: utraqve docere Historicos nostros debet, quam necessarium sit, ut illa etiam Historiæ Patriæ periodus obscura paullo accuratius quam hætenus factum fuit, extricetur, a traditionum oppido falsarum corruptelis vindicetur, & diligentis criseos Historiæ ahibita face illustretur.

Thef. IV. Mirum videri deberet, eur recentissimi quidam Philosophi *Felicitatis* notionem ad *voluptatum* tantum *sensualium* fruitionem restringant; nisi simul apparet, eo facto, longe facilius posse studium ejus quærendæ reprehendi.

Thef. V. Qui literarum exosi lucem, ad ejus abusus impediendos superstitionis imperium restitui volunt, primum damna superstitionis negligenter expendunt, & deinde non attendunt, quibus periculis ipse illam revocandi conatus homines civitatesque exponant.

Thef. VI. Vix ullam aliam opinionem ad plura mala gignenda contulisse, quam illam de *Unitate Ecclesiæ*, Historia medii imprimis ævi, & Ecclesiastica & civilis, fatis testatur.

taverit, neque R. *Johannis* gratiam perdidit (866). Præter cæteram Diœcesis suæ curam, etiam de Schola quadam in Ostrobotnia condenda, voto incolarum satisfactorum, apud Regem (*Johannem*) egisse, ex *Collectione Palu-sköldiana* discimus (867). — Anno tandem 1576, die 22 Augusti, e vita discessit (868).

De genere quoque suo & posteris, quædam addenda videntur. Ex Actis igitur quæ ad res pertinent *Benedicti*,
 D d d d d filii

(866) Nulla quidem ostendunt vestigia, cum ut Regi placeret, Liturgicis hujus conatibus justo amicioem se præbuisse. Nam quod initium, cum nondum sese verum Regis consilium prodidisset, facilius, ut plerique alii Episcopi & totus fere Clerus, ei obsequeretur; excusari haud ægre potest. Singulare tamen est, pompa adhuc majore atque ad morem Pontificiorum propius accedente, quam qua *Agricola* Regem *Gustavum* olim offenderat, nostrum cum Episcopo Wexionensi (*Nicolao Canuti*), novum Archiepiscopum *Laurentium Petri Gothum*, a. 1574 Upsaliæ consecrasse. Vid. *Disf. Caroli Pet. Rydberg de motibus Liturgicis in Svecia* (Ups. a. 1788, Præf. Cel. FANT ed.) P. I §. III p. 6 sq. & *MESSENIUS Scand. T. VII* passim ad a. 1574 sq. Cfr. supra p. 43 & p. 746 (w **.)

(867) "M. *Paulus Justen* Ordinarius Aboensis, omnium Ostrobotniæ incolarum precibus motus, S. Regiæ Majestati scripsit & petiit, ut in Ostrobotnia Schola quædam Regio privilegio fundetur, ad quam incolæ illius terræ suos filios mittere possint, ad discendam doctrinam Ecclesiæ & Reip, necessariam, (quod) cum ob itineris distantiam tum ob caritatem victus suos filios ad Scholam Aboensem mittere non valeant, Id ipsum ab illustrissimis viris ac Dominis Domino *Hogenschildo Nicolai* & D:ño *Canuto Canuti* anno - - - cum Regiæ Majestatis mandato Finlandiam simulque orientalem Botniam visitarent & peragrarent, indigenæ illius tractus omni submissione flagitarunt, quod R. Majestati illorum desiderium supplicemque orationem de Schola in eorum filiorum usum fundanda notificarent." Vol. *Österbotten* p. 82. Quæ unde ille exscripserit, recire hætenus non licuit,

(868) Cfr. *MESSENIUS Scand. T. X* p. 31.

filii Severini (*Bengt Söfvingsson Juustben in Olsböle 869*), auctoris Familiae Nobilis *Gyllenlood* (de quo cfr. v. STIERNMAN *Matrikel öfver Svea Rikes Ridd. och Adel* p. 309 1q.) aperte constat, gentem (plebejam) Wiburgi floruisse, nomine *Juusten*. Sic *Benedictum* illum ab hæredibus defuncti *Johannis Juusten* fundum in urbe Wiburgensi (*en Stadsgård*) emisit, ibidem docetur, nomine *Juustila* (a quo verisimile est gentem illam nomen suum habuisse, aut contra illi dedisse?), prope Claustrum Dominicanorum situm (870). Mentio etiam fit alterius fundi (Domusque in eo exstructæ lapideæ) eidem Claustro vicini, quem hæreditario jure olim possederat b. *Petrus Juusten senior* (871). Minus igitur nobis probatur, quod in *Collect. Palmköldiana*, N:o XIII *Geneal. SveoGoth.* T. 26, Litt. I, P. II, p. 491 traditur, Episcopum nostrum natum fuisse in *ditione Wiburgensi* atque *Jusila* (forte *Juustila?*) *Jokiby*; quibus porro additur, duos eum filios, *Paulum & Ericum*, filiamque *Annam* reliquisse: *Paulum*, qui *Centurio* (*Capitaine*) factus sit, filiam habuisse, nuptam cuidam *Starckbufvud*, cui filium *Johannem Starckbufvud* pepererit (872); *Annam*,
Epi-

(869) Quorum exemplum favori debemus Cel. NORPIN, ex cujus Thesauro monumentorum ad res Patriæ illustrandas pertinentium locupletissimo, describere illa licuit. De hoc *Benedicto Severini* scribit v. STIERNMAN loco mox indicando, eum natum fuisse in Westrogothiæ, quod falsum esse, ex his iisdem Actis discimus, ubi Patrem suum *Severinum* (Juusten) Pastorem fuisse Ecclesiæ *Hauho Tavastiæ*, atque medio sæculi XVI vixisse, aperte docetur.

(870) "Liggiandes när Svartebröder Closter-gården." Cfr. cæterum *Fol. Hebdom. Aboënj.* a. 1793 N:o II.

(871) Non putes improbableem, hunc b. *Petrum Juusten Seniore*m (salige gamle *Peader Juusten*) Patrem nostri fuisse, *Johannem* autem illum, filium fortassis Episcopi?

(872) SPEGEL *Hist. Eccles.* P. II p. 406 tradit, filium Episcopi *Paulum* factum fuisse *Centurionem* *Peditum* (*Capitaine*), hujus autem

Episcopi filiam, nupsisse *Johanni (Hans) Kröell*, Consuli urbis Wiburgensis (qui a 1622 d. 30 Aprilis, literas confirmatorias obtinuerit R. *Gustavi Adolphi* de possidendis prædiis, in ditioe Wiburgensi, focero suo a R. *Johanne* concessis); quorum filius *Johannes-Rosencroel* in *Justila, Tervas & Järvenpää*, Consul fuerit urbis ejusdem a. 1644 & 1647, Capitaneus urbis Wiburgensis a. 1646, jure Nobilitatis auctus a. 1653 d. 16 Aug. (873), & potestatem simul nactus sit insignia avi materni (cujus mascula progenies extincta interim fuerat) gestandi (874), & postea a. 1661 & 1664 Pro-Chiliarcha fuerit Dimacharum (*Öfverste-Lieutenant öfver en Esquadron Dragoner*). Quem etiam a. 1647, d. 17 Novembris, confirmationem (a Regina *Christina*) accepisse donationis prædiorum avo suo materno (Episcopo nostro) olim factæ, ibidem docetur. Ex his omnibus factis apparet, liberis Episcopi nostri nobilitatem (nomine tamen patrio non mutato) a R. *Johanne*, mox post illius a tristi sua Legatione Russica reditum, fuisse concessam (875). Aliis autem monumentis edocemur, filium (eumque non unicum) illum reliquisse, *Johannem*; cujus filius (nostri nepos) *Paulus Johannis Justen* (primum Signifer, D d d d d 2 deinde

filium Equitum Centurionem (*Ryttmästare*), qui cum Nobilitatis jure augetur, vocatus sit *Starkhaupt*. Merito hæc improbat v. STIERNMAN *Matrik.* p. 1011; licet *Martinum* illum *Starckhufvud*, qui a. 1699 nobilitatis jus accepit, eundem esse quem SPEGELIUS spectarat, pro certo affirmari nequeat. Probabilior est *Palmshöldii* Genealogia,

(873) Concinit v. STIERNMAN l. c. p. 498.

(874) De levi inter insignia utriusque differentia cfr. *Fol. Hebdom. Aboëns.* a. 1782 p. 189.

(875) Confirmatur hoc *Fol. Hebd. Ab.* loco nuper allato, p. 190; insignia autem Episcopi, tabellæ æneæ incisa, adjungimus *Ephemeridibus* infelicis suæ *Legationis Russicæ*, supra commemoratis. PALMSKÖLDIUS, Episcopum nostrum a R. *Johanne* Nobilitatis jure auctum fuisse testatus, addit; *Fick 12 Skattegodts å Finland.* l. c. p. 489.

deinde Sub-Centurio, (*Lieutenant*) a R. Dicasterio supremo Aboënsi ad nobilitatem suam probandam a. 1630 (urgente Advocato Fisci) citatus, Diploma quidem ipsum, a vo suo datum, exhibere non potuit, sed rem tamen, ut notam, confidenter asseruit (876). Hic filium reliquise-
nullum

(876). Scripto R. Dicasterio, exhibito, unde hæc excerptimus:
 Först anbelangande, så åhr min Fader Fadher, den Biskop öfuer Åbo och Wiborgz Stift var, Saligh *Mester Pålswell Justen* tillsagt worden och förwerffuet, . . . aff S. Konungh Johan Sköldh och Hielm, för Rickzens omwårdnadh, sin store mödho, swedhe, wårck och plågor han S. uthi fengelfet i tre åhrs tidh j Muskow wthstodh, herdhe, och ledh, då han dijtt gefantewis deputerat och förkickett wart, deropå wthen twiffuel skrifter och bewis uthi Rickzens Liberi-Camar sinnes kan. Men godzen anbelangande, som honom då bleffue, nådigest donerade och skänkt, åger iagh aldrig en stacke aff, uthan mine Farbroder-barn och Farsyster-barn någon dell af dem possidera. De godsfen belangende iagh hafuer haft, åhr migh ifrån hendt och tillegnet Nådige Herren Cantzleren, benämndh *Warthe* gordh i Kimittä, dett endåg skeet åhr j min frånwaru tå iagh stadder war emooth Rickzens fiender i Cronones tienist, och min fatige hustru och barn måste ledhan inhyses sittia, uthi en bondes hufs" &c. Hoc igitur prædium, ob. seruirium militare a R. *Gustavo Adolpho* a. 1627 sibi donatum, ut sibi reddi R. Dicasterium procuraret, supplex oravit. Sententia de causa sua lata, non superest. In Protocollo tantum legitur (d. 14. Julii a. 1630): "samaleedes bleef och Paulus Justen, tiltaledh, om sin Adelskap, deropå han och swared skrifesteligen, som der af noe sampt åhr till att see sub lit. B". (illud ipsum, quod nuper attulimus, ejus scriptum, indicatur), och inhtet breeff hade han på sin Adelsstand; och der medh trådde dhe ifrån Rätthen." Ipsam citationem a R. Dicasterio ad ipsum missam, ut nobilitatem suam Diplomate Regio a iisque documentis proferendis probaret, in *Foliis Hebd. Ab.* a. 1782. No: 25, p. 193 sq. attulimus. Ubi etiam significavimus, in Actis iisdem a. 1634 d. 4. Febr. literas haberi commendatitias R. hujuse Dicasterii ad *Achatium* (Åke) *Oxenstierna*, Præfectum Ditionis Wiburgensis datas, quibus hic rogatur, ut *Paulo* eidem (cujus igitur justam fuisse causam, putasse videntur?) ad honorum partem, quæ ad se

nullum videtur; *Catharinam* vero *Iusten*, quæ nupta *Georgio Thauwonio* Pastori Ecclesiæ *Haliko*, mater facta est *Abrahami Thauwonii*, Episcopi tandem *Wiburgensis*, illius fuisse filiam (aut sororem?) putamus (877).

D d d d d 3,

COR-

non minus quam ad cohæredes suos pertinere deberent, obtinendam, auxilio esset. Ubi inter alia legitur: "Och låte Eder förnimme, att „Brefvijsere och Eendrich under Ryttemetter Ernest Lindelöff, *Paulus*, „*Iusten*, hafwer här uti denne Konungsliga Rätt supplicando begåret „assistance och förfordring til det godz som honom medh sambt flere „hans medarffvingar efter *S. Biskop*, och man doch icke egentligen „veet, huru denne saak sig hafwer, Påfvel *Iusten* kan tillsal e; &c." In *Catalogo Fundorum Regiorum* (Jordebok) *Territorii Halikoënsis*, a. 1640 d. 31 Jan. idem hic *Paulus Iusten* vocatur sub-Centurio (Lieutenant). In Actis R. Dicasterii Aboënsis anni 1649. d. 26 Nov. commemoratur *Christina* (*Fru Kirstin i Mainemi i Kimilo*, ubi *Pauli* matrem habitasse ipse in scripto supra laudato prodit) vidua b. *Pauli Iusten*; unde jam tum fuisse mortuum, apparet. Apud PALMSKÖLDIUM l. c. mentio fit hujus ejusdem *Pauli* (*Påvel Hansson Iusten*), qui autumnos. 1621 captus fuerit apud *Kokenhusen*, sed postea redemptus, quique uxorem habuerit *Christinam Johannis* (*Hans Dotter*): quæ Actis laudatis apprime consentiunt. Deinde idem meminit ibidem, *Margaretæ Pauli F. Iusten*, nuptæ *Arvidæ Möller*, quam ille *Pauli* nostri filiam facit, citans Regist. (Act. Reg.) a. 1641 p. 685; in laudato autem nuper a nobis *Catalogo Fundor. Reg. Territorii Halikoënsis* pro a. 1638. sq. occurrit *Margaretæ Johannis*, (*Hans Dotter*) *Iusten* (adeoque soror, uti videtur, *Pauli*) vidua *Andree Möller*, cui quamdiu viveret ac vidua maneret, concessi erant tres fundi integri (3 mantal) in *Parocia Haliko*, feudi nomine (i. listids förlåning), vi. literar. Regiar. datar. d. 17 Junii 1629, quia maritum illa suum in bello contra hostes regni amiserat. Unde *Palmköldii* locus corrigi debere videtur. Quam autem idem eodem loco commemorat, Acta R. Cancellariæ (Registrat.) a. 1644 d. 22 Maji citans, *Annæ Petri Iusten* a. 1644 adhuc viventem, uxorem *Olai Philippi* (qui in bello contra hostes patriæ occubuerat), illa ex alia forte *Iustenorum* linea ortum habuit?

(877) Cf. *Fol. Hebd. Ab.* 1782 p. 188 sq. & p. 193 sqq. ac *STIERN-
MANNI Aboa. Lit.* p. 81.

CORRIGENDA & ADDENDA.

Ad Lectores.

Excrevit opus quod ad finem jam perduximus, ad majorem multo molem, quam ei dare primum constitueramus. Quamobrem diutius quoque, quam consilium initio fuit, editio ejus retardata est; quippe particulatim, speciminum Academicorum loco, a Juvenibus literarum Studiosis, typis commissi publiceque defensi. Nempe in animo primum habebamus, *Chronicon Episcoporum Finlandensium Juustenianum* (ut monumentorum nostrorum Historicorum præstantissimum) curatius descriptum, apparatusque modico (ex Registro Ecclesiæ Aboënsis maxime petito) confirmatum atque illustratum, edere. Postea autem, animo ad has res diligentius converso, majorique monumentorum copia, sub ipsa operis editione, hinc illinc adfluente, latius sensim limites primi consilii extendere placuit (quamvis nec sine hoc turbando, nec sine diligentioris ordinis debitæque partium inter se convenientiæ atque proportionis fieri posse jactura, appareret,); quod tamen hoc opere suscipiendo non justam gentis nostræ Historiam exhibere, sed quasi Horreum tantum quoddam condere institueramus, in quod, quicquid ad eam illustrandam pertinens (in illa qua laborabamus scriptorum eam persecutorum paupertate) conquirere nobis contigerat, conjiceremus: verentes, ne nostram idem fatum maneret monumentorum Fennicorum collectionem, quod multæ ante nos expertæ fuerant, ut casu aliquo prorsus interirent. Quumque & terius in nonnulla monumenta incideremus, quam ut, operis editionem maturantes, justo eadem loco afferre possemus, & ipsi majorem cum his rebus familiaritatem sensim contraheremus; postea addere quædam, corrigere, & rectius explicare, passim necesse habuimus.

Quæ

Quæ omnia, ut facilius inveniri, ac ad res factaque suis quæque locis illustranda adhibere tamen liceret, *Indicem* adjicere rerum præcipuarum simul constituebamus, ad documenta annotationesque passim allatas, lectores remittentem, unde ad quamque illarum lux aliqua comparari posset, eique etiam præmittere alium, *erratorum* cum ab operis tum a nobis professorum, quæ ut corrigere Lectores benevole velint, molestiamque hinc sibi creatam benigne nobis condonare, rogamus. Quos, inter alia subsidia, post textum Juustenianum typis jam expressum, inspiciendos nacti sumus *Tres Chronici nostri Codices* (*), ex iis parum quidem opis ad loca ejus affecta sananda accepimus; quare nondum plene eundem restituere valuimus: sed nulli tamen nobis usui (inprimis *Gabmianus* ille, ob supplementa ei adscripta egregia,) haud fuerunt. Ex *Archivo* autem *Cænobii Nådendalensis*, in R. Bibliotheca Stockholmensi jam servato, præclara nacti sumus subsidia: unde nonnulla exempla Syllogæ inferemus, quam Appendicis loco operi adjicere animus est, præcipua quædam monumenta, ordine chronologico exhibituræ ad res Fennicas veteres illustrandas pertinentia, in ipso opere nostro aut præterita, aut non plene allata, partim hæcenus inedita, partim manu adhuc medica uberioreque luce indigentia. Ita materiam nos pro virili collegisse atque suppeditasse patriæ Historiæ studiosis existimamus, qua porro tractanda & ornanda, alii utilem gratamque civibus suis operam præstare, beneque sic de literis mereri, laudemque sibi parere justam, poterunt.

Pag.

(*) Unum qui in R. Bibliotheca Stockholmensi aservatur, alterum quem possedit haud ita pridem Dn. Secret. *Sigfridus L. Gahn*, tertium qui ad b. Past. in Ikalis, *Rothovium* pertinuerat (quique in Bibliothecam nostram Academicam jam transtulit). Cfr. supra p. 256 Not. (159); p. 757; p. 716 Not. (756); & p. 819.

Pag. 3, lin. 5 & 6, delenda sunt verba (*vel* 1683).
 Not. (c) pro *N:o* leg. *Fol.* — Pag. 4 l. 15 *translatum* leg.
translatus. Not. (d) pro *N:o* leg. *Fol*

Pag. 10 l. 13, *præcipue*. Codex Gahmianus habet *præcipue*, ut sensu postulante coniecimus — P. 11 l. 8 & 9 pro *erecta*, Cod. Gahm. *euecta*. Lin. 17 *Rudolphus*, plures Codd. *Rodulphus*. — P. 13 Not. l. 4 *Et* leg. *vel*. — P. 14, l. 18 pro 24, omnibus tribus locis scribe 24*. *Damisci* leg. *Damast* (h. e. d. XI Decembris). Not. l. 6, *Custôd* *rectius* *Kustô* leg. *Kuusto* *rectius* *Kuufisto*. (Cfr. p. 605, Not. 659, in fine). — P. 15 l. 16, *Parochiani* leg. *Parochiana* (quomodo aperte habent tres Codices, postea a me collati: cf p. 256, Not. 159) Not. l. 2, *MCCCLVIII:o* leg. *MCCCXLVIII:o* (corruptius adhuc quam Textus, pro 1338 vel MCCCXXXVIII o). lin. 6 *Korpo* leg. *Solna, Uplandie* (cf. p. 258, not 162).

Pag. 17 Not. l. 2, deleatur signum dubitationis (?): cf. p. 387. — Pag. 18 l. 10, post *valde*, loco commatis cum puncto (;), ponatur comma (,). L. 17 *Prælati* leg. *Præbendati* (cf. p. 436 sq. Not. 393). — P. 22, l. 3 *Clenodia* leg. *Clenodia*. lin. 18 sqq. hoc modo constituendæ sunt: . . . *acquisi-
verant, quinta pars tributi regii, ad ejus petitionem eis re-
mittebatur c c c*; *sed &c.* (Cf. p. 501 Not. 476, fin.). — P. 23 l. 10, *Et* *generaliter*, leg. *sed generaliter*.

Pag. 25 l. 12, post *sepultus*, adscribatur signum Notæ, m m m), quod excidit. — P. 30 l. 14 pro 84 pone 84*. Not. l. 1 similiter, loco posterioris 84, scribe 84*. — P. 32 l. 16 *Kåäll*, add. (*Skål* vel *Skel*); cfr. p. 716 sq.

Pag. 34 l. 14 sq. . . . *admonuit, anno D:ni 1522 Illu-
strisissimus Et*, hoc modo constituentur: *Et constanter ad-
monuit*.

*Anno D:ni 1522 Illustrisissimus Dominus Et Serenissimus
Rex &c.*

P. 36 l. 3 post *perdiscendas* tollatur colon (;) cujus loco
 ponatur comma (,). P. 37



P. 37 l. 4—11. *Sic defuit Archidiaconatus --- decessit anno D. 1554.* Desiderari hic quadam verba, facile est videre; quae autem supplere nescio. — P. 38 l. 8 *nemini leg. memini.* — L. 13 — 19. Totus hic locus constitui hoc modo debet: --- *per Presbyteria dispersis (q). Anno 1546 conflagravit --- Dominicam Reminiscere.*

„Hanc tantam mutationem multarum &c“.

P. 39 l. 12 post *obit anno,* supple 1549.

P. 46, Not. 2. Spurias esse atque a falsario confictas Annotaciones illas ex scriptis Karoli Episc. Arosensis excerptas, postea nos probe edocuerunt SCHEFFERUS in *Judicio* de illis edito (Ups. 1678, 8:o) & ORNHJÄLM *Hist. Sveonum Gothorumque Ecclesiast.* L. IV, C. IV p. 474 199. Adeo ut mirer, Rev. BENZELIUM *Monum. Hist. Eccles.* Proleg. p. X (99) conatum esse earum *genuinitatem* defendere, atque Ill. LAGERBRING passim easdem in opere suo *Historico* secure agnovisse! — Ib. Not. 3 l. 1 sq. dele p. 460 99. Cfr. l. 3 — P. 48 Not. 15 l. 4 *Postrema* leg. *Postremo.*

Pag. 49 Not. 16 l. 1, 22 leg. 23. Not. 17 l. 9 leg. LUDWIG. — P. 50 Not. l. 13, post *existimandus est,* adde. Cfr. *Cbron. Rhythm.* p. 32 sq. & LAGERBRING l. c. P. II p. 258, 327, 372. — P. 51 l. 2 leg. *weistämöisillän.* — P. 54 Not. 27 l. ult. pro 69 leg. 79. — P. 55, Not. 24 post *Miristo* adde: (Retis genere, quod hyeme sub glacie trahitur, winter-Not). — P. 56 l. 3 *urbis* leg. *Arcis.* Not. l. 3, pro l. c. scribe *Apparat. ad Hist. Sveogoth. Sect. 1.* — P. 58 Not. 29 l. ult. dele *majorem.* — P. 59 Not. 30 l. 15 pro 1514 scribe 1504. — P. 61 Not. 33 l. 2 *facile* leg. *facili.* — P. 62 l. 27, post *videri* excidit *baud.* — P. 64 Not. 34 l. 4 *wehka* leg. *wehna.* — P. 71 l. 10 *nostrum* leg. *nostrorum.*

P. 72 l. 15, post s. 305 99. adde: & B VI s. 228. — Lin. 28 post l. 63 - 260 99. adde ADAM OLEARII *Moscowitische und Persische.*

Persische Reise, IV B. IV C. p. 343 sqq. — P. 733 l. 31 *Moscha* leg. *Mokscha*. — P. 74 l. 14 RYTSCHKOW l. c. adde: & *Ejusd. Orenburgische Topographie*, apud BÜSCHING Magazin für die neue Historie und Geographie, VI B. p. 498 sqq. L. 10, post 1774, 4.0) adde: 1 Theil. — L. ult. MÜLLER l. c. adde & VI B. p. 228 — P. 75 l. 9 *Lusa*, adde (*Ljusza*). L. 11 post *babent*, adde MÜLLER l. c. VI B. p. 161 sq. 199, 224 sq. 398, 400. L. 16 post *Lusa* adde (*Ljusza*). L. 19 post MÜLLER l. c. adde & VI B. p. 180, 200, 242; VIII B. p. 56 & 63. — Not. l. 1. LUD. AUG. scribe AUG. LUD. — P. 76 l. 6 post MÜLLER l. c. adde cf. VI B. p. 322. L. 21 post p. 200 sqq. adde: (cf. VIII B. p. 16, 24, 28, 75 sq., 78, 84). L. 22, pro 257, scribe 257 — 261. Ac adde, si placet, scriptoribus de hac gente citatis ADAM BRANDS *Rise* p. 47 sq. — P. 77 l. 20 post *passim* adde: cf. B. VIII p. 44, 76 sq. 90, 98, 100 sq. 116, 188. Et reliquis scriptoribus add. AD. BRAND l. c. p. 81 sq.

P. 82 Not. l. penult. *quod lege quæ*. — P. 83 Not. l. 4 leg. alii *pul.* — P. 87 l. 28, post *propagine* ponatur comma (,). — P. 91 l. 8 leg. *gentibus*. — P. 92 l. 14 leg. *Styrbjörni*. L. penult. & ult. leg. *tributariis*. — P. 93 l. 8 leg. LENCQWIST.

P. 94. l. 3, ante *sc.* ponatur signum Parentheseos. Lin. 12 sqq. *lis quæ hic, cum in textu, tum in Nota subjecta (67) de ignoto veteribus Fennis ritu hostias immolandi disputantur, objici posse videtur 1:0 Quod in Bulla supra (p. 100 sq.) citata, Gregorius IX de Paganis Taveftis queritur, captos Christianos ab iis, extractis primo visceribus, demonibus immolari: sed poterat hæc imputatio ex præcipiti nimis Christianorum interpretatione proficisci; qui cum corpora suorum crudeliter excruciatorum a barbaris flammæ tradi viderent, hostiarum loco illa idolis paganorum immolari concludebant? 2:0 Quod reliquos popu-*



populos generis Fennici, hostias obtulisse diis suis, testimoniis indubiis confirmetur. Sed magna in talibus locum habuit varietas. Sape vicinorum exemplo una gens a cognatorum suorum more discescit. Lappones cornua quidem Rangiferorum diis suis obtulisse notum est; vix autem doceas, eos hostias mactasse? — Pag. 96 l. 26 *ante leg. ante.* — P. 100 l. 25, vox *Lappis* fortassis delenda est?

P. 102 l. 2. *Lappia* leg. *Livonia*. Quod de *Lappis*, ut etiam ad hostes novellæ ecclesiæ Fennicæ pertinentibus l. 8 — 12 disputatur, (ubi l. 8 etiam *Lappi* pro *Lappos* irrepfit) item tollendum est. Decepti nempe fuimus falsa lectione Bullæ Papalis hic laudatæ (Gregorii IX, datæ *Lugd. V Id. Jan. Pontificatus a III*, h. e. d. 9 Jan. 1230), atque a Nob. CELSIO *Apparat. ad Hist. SveoGoth. Sect. I.* p. 63, N:o 7 recensitæ, ubi hic (post *Örnbiålmium & Peringsköldium*) legi dicit - - "paganis in Karelia, Ingria, „*Lappia & Watlandia*", nos autem, consulto ipso Codice, unde desumpta ab illis fuit, ecclesiæ Lincopiensis, (in R. Bibliotheca Stockh. aservato) scribi reperimus *Lippie* (*Lipfia* vel *Liffæ*) h. e. Livoniæ, in confinio utique Ingriæ & Watlandiæ, sitæ.

P. 105 Not. 75 l. 5 & 6, leg. *reperitur*; & l. 13 & 14 leg. *sepultus*. — P. 108 l. 5 leg. *expromta*. — P. 110 Not. 81 l. 2 post *starcæ* del. comma (,) — P. 113 l. 9 leg. *traditiones*. Not. 85 l. 11, leg. *quam parum probabilis*. — P. 115 Not. 90 l. 1, pro *Del L*, leg. *Del. 2.* — P. 116 Not. 92 l. 29, pro 191, leg. 161. — P. 121 not. 98 lin. ult. *prisvæ* leg. *Priscæ*. — P. 122 Not. 100 l. 5, ante *adeoque* ponendum est signum Parentheseos. — P. 137 l. 18, *Hemmingus* leg. *Benedictus*. (Cfr. p. 264 (q.) Not. 167. l. 19 pro 1735, leg. 1335. — P. 144 l. 13 a *Fennis* leg. *Fennis*. — P. 148 (ubi numerus quoque hic paginæ

verus, pro 10, restituendus est) Not. s. l. 6 post *Palm-sköldianis*, exciderunt verba: (*No XIV Topographica, T. LVIII, Finland & Tavastland, p. 231 sqq.*) Lin. 12 pro *Hämehen* leg. *Hämen* (metro postulante). L. 17 post *sitt*, del. comma (,) L. 26 *korjut* leg. *korjat*. — P. 149 Not. l. 12 *sinä* leg. *siinä*. — P. 150 Not. l. 9 *sanda* l. *sandau* L. 10 *patzalba* leg. *Patzahaldä*. — P. 152 l. 4 initio, excidit signum Notæ, (n). — P. 153 l. 17 leg. *e cæcâ* Sequentis paginæ numerus emendetur, ponaturque 154, pro vitioso 153. L. 7 post *caret*, ponatur punctum (.). L. 25 *naçtus* leg. *naçta*. — Numerus sequentis paginæ verus 155, scribatur pro 154. L. 25 *tributus* leg. *tributa* Notæ subjctæ numerus (7) restituatur, pro (c), Sequenti paginæ verus numerus 156 præscribatur, pro 155. L. 11 sq. leg. *operam navaturus*. L. 12 post *Aboam* ponatur signum Parenthetico — P. 158 Not. 11 l. 6, post *translati*, leg. *inde*.

P. 159 Not. 11 l. 3 *Nousia* leg. *Nosia*. — Not. 12. Quæ hic *de Ossthus S. Henrici in Sacratio Ecclesiæ Cathedralis adhuc conservatis*, a nobis disputantur, haberi dubia debere, postea didicimus. Nempe quod obscurius in *Dis. de S. Henrico* indicatur, id apertius atque plenius in parte I (quæ sola prodit) *Dissertationis D. ni Erici Renström*, quæ inscribitur *Historia Sveogothica deficiens & restaurata*, (hic Aboæ, Præside itidem Cel. SCARIN, a 1736 edita) p. 59 docetur, ubi legitur: *Hoc certum est, transmigrasse in Rusiam tempore novissimo illo (dominationis Rusicæ in Finlandiam a. 1714. 1721) reliquias S. Henrici: non argenteum caput & brachium illud, quod Magnus Tavastius Episc. olim in ecclesiæ usum fieri consecrarique voluit; verum osium fragmenta beati illius, quæ eo usque majores servaverant. Quorum culpa, non ego temere judico.* Quæ ubi cum verbis ex *Dissertatione* illa altera a nobis allatis comparasemus, ad famam respicere apparebat, ad nostras quoque aures perlatam,



latam, tempore quo Finlandiæ Rusforum nomine, circa a. 1719, præfuit Comes *Douglas* (homo nequam, qui ad Rusfos transfuga, nostros acerbius etiam quam ipsi Rusfi vexabat; cf. *Fol. Hebd. Aboëns.* a. 1791 N:o 25), huius consilio prodita Rusfis fuisse a sacerdote quodam Ecclesiæ Cathedralis, ossa S. Henrici in templo recondita, atque ab his in Rusfiam transportata? Quum rem auctor uterque, tam brevi post factum ipsum tempore, tam confidenter narret; fidem quidem ei derogare nolo. Sed fateor, narrationem tamen totam suspectam mihi videri. Quid enim *Rusfos*, Græcæ confessioni addictos, qui Sanctos Pontificiorum maximi haud faciunt, neque qualem hi ossibus demortuorum venerationem idololatricam exhibere solent, permovere potuit, ut de his auferendis magnopere laborarent? (Nisi in exercitu eorum fuisse aliquem pates fervidum religionis Pontificiæ assectam, qui privato consilio rem perfecit?) Aut quorsum igitur ossa illa adducta sunt, vel ubinam hodie aservantur? Quæ quidem occulta habere eum voluisse, qui de iis comparandis sollicitus fuerit, vix credas? Quicquid sit, si ablata vere sunt, & non potius allicubi (sub Templo fortassis ipso Cathedrali?) ita defosta atque abdita, ut omnes hodie lateant, (in pulverem quoque jam resoluta?); jacturam sane non magnam Patria inde passa est! Quæ vero jam supersunt ossa, una cum scrinio ligneo, ea Episcopi *Hemmingi* esse, credere fas est, eadem quæ a. 1514 exhumata, magnaque pompa venerationi plebis superstitiosæ exposita sunt: cfr. supra p. 16, 330 sqq. & 491. Explicationem autem D:ni *Renström* (Præsidisque sui) verborum Chronici nostri, quibus Episc. *Magnus Tavast* "Caput & brachia S. Henrici argentea fieri" curasse dicitur (quod illi ita interpretari videntur, ut simulacra Capitis & Brachiorum Sancti Viri ex argento curasse fabricanda, doceant), an probare liceat, Lectoribus judicandum.

dum relinquimus: nobis quidem haud placet (cf. p. 491), qui jam existimamus nihil aliud significare, nisi tenui crusta argentea fuisse sancta illa ossa obducta (försilfrade); quare nec a prædonibus Danicis a. 1509 fuisse cum aliis rebus Ecclesiæ pretiosis ablata legimus (p. 31), nec *argenti* (quo obducta erant) causa a Russis abduci meruisse, putamus? *Scrinium* vero illud quod *S. Henrico* procurasse b. *Hemmingum* didicimus (supra p. 290), *argenteum* fuisse, existimandum haud est, sed ex villiori aliqua materia (ligno fortassis?) fabricatum, quoniam nec illius inter reliqua spolia sacra a prædonibus Danis (ex improvise urbem intransibus) abducta, l. c. mentionem Auctor noster facit.

P. 160 Not. 13, lin. penult. *solennes leg. solennis*. — P. 163 Not 17 l. 3, post 13 adde: 27. L. 16 *videtur leg. videri*. — P. 166 Not 18 lin. ult. *ita que leg. itaque*. — P. 168 Not. 24. l. ult. pro 88 scribe 28. — P. 169 Not. 25 l. 5 leg. SCHEFFERUS. De distinctione ipsa *Canonicorum Regularium & Sæcularium* cfr. DU CANGE *Glossar. Lat.* in utraque hac voce. Ad negotium vero instituti in Ecclesia Upsaliensi Collegii Canonorum Sæcularium (de quo cfr. LAGERBRING *Hist. Regni Svec.* T. II, C. XIX §. 14 p. 771) illustrandum apprime facit Bulla Papæ *Alexandri IV.*, data *Laterani XI Kal. Febr. Pontif. a:o 2*, h. e. 22 Jan. 1256 (in *Collectione Fredenheimiana*), ubi dicitur: -- "in qua (Ecclesia Upsaliensi) *de novo per bone memorie (Wilhelmum) Sabinensem, Episcopum* tunc in illis partibus Apostolice sedis Legatum *quinarius* Canonorum numerus dicitur institutus, & in qua nulli antea Canonici fuerant, sed vacante ipsa Ecclesia, per clare memorie Reges ac Clericos & Laicos Regni predicti de facto electionem Pontificis fieri contingebat." (Cfr. A CELSE l. c. p. 74 n. 34 & p. 78 n. 17. nec non *Chronicon* citat. p. 21, in vita Archiep. *Fulconis*).
Ex quibus liquet, *Monachos* illos qui vicem Capituli, f.

Collegii Canonorum antea gesferant, potestate tamen Archiepiscopum eligendi (ut multis sine dubio aliis juribus) gavidos haud fuisse. Cfr. etiam quæ monuimus p. 174. Singulare autem est, Episc. *Lineopensem* promptius quam Archiepiscopum, legi *Skenningensi* paruisse!

P. 70 l. 29 post *Rodulffum*, adde (quem a. 1178 necatum Auctor prodit). — P. 171 l. 23, post *advenisse*, adde: si *MESSENIUM* excipias, *Scand. T. XIII* p. 66 sq. qui neque ille tamen nisi verba *ERICI* repetit. — P. 174 l. 4 post 443 adde: & 453. — P. 176 l. 13 *lin* leg. *olim*. — P. 177 l. 18, post *LAGERBRING* l. c. adde: post *RHYZELIUM* (*Monasteriol.* p. 286). — P. 182 l. 1 leg. *privatum*. Not. 40 l. 3 leg. *accuratius* *Lin.* ult. post *Taipale* delendum est signum Parenthéseos; similiter P. 133 ejusd. Notæ l. 2, post *Laijala*; *lin.* vero 18 loco *ipsi* leg. *ipsa*.

P. 185 l. 16 sqq. Causas abdicatæ a *Tboma* dignitatis Episcopalis, hactenus ignotas, neque admodum ei honorificas, pandit Bulla Papæ *Innocentii* IV, data *Lugduni IX Kal. Mart. Pontif. a:o* 2 (d. 21 Febr. 1245), quam (ex Collectione *Fredenheimiana*) legendam exhibemus *Accessionis ad Bullarium Romano-Sveog. Celsianum*, a nobis editæ p. 35: qui locus, hic omnino conferendus, probabile simul reddit, eundem anno jam 1245 aut 1246, muneri suo renuntiasse. — P. 186 Not. 45 l. 14 *privarentur* leg. *auferretur*. — P. 187 Not. 46 l. 3, post (*vid. p. 594*) adde: & *ERICUS OLAI* l. c. Ed *Loccen.* p. 59. — P. 188 l. 6, post *instru-ctam*, excidit *Anglici, b. e.* — P. 189 Not. 51 l. *quod* leg. *quæ*.

P. 191, l. 11. post *consentit*, adde: Inter *Senatores Regni* a. 1261 subscripsit Literis Ducis *Birgeri*, quibus hic eadem privilegia *Hamburgensibus* concessit, quibus *Lubecenses* fruebantur (apud *LAMBECIUM Rer. Hamburg. L. II* p. 49). *Seriei* tamen *Regni Senatorum* apud *Nob. UGGLA*, insertus non reperitur. *Vid. III Afdeln. p. 8.* — P. 193 Not. 57

l. 3 post *adhuc* del. comma (,). L. 4 post 600, adde: & PERINGSKÖLD *Monum.* T. 1 p. 173 & 174, ubi nostrum *Catillum* Literis quibusdam Indulgentiarum, cum aliis Sveciæ Episcopis a. 1270 & 1271 subscripsisse, edocemur. — P. 195 l. 21, pro 191 leg. 193. L. 123 lq leg. *contendit*. — P. 196 l. 3, a leg. *ato*. — P. 197 l. 8, pro 1279 leg. 1276. Not. 62 l. 3 pro 1286 leg. 1276. — P. 198 l. 10 scribe *Episcopos*. L. 21, post § 1—7, adde: Rationem alteram quam affert RHYZELIUS l. c. P. II p. 152, ex lingua Fennica, Westrogothis eo tempore magis quam reliquis Svecis nota, petitam, haud magni facimus, ut nonnisi conjecturis ineptis, fundamentoque idoneo & omni verisimilitudine destitutis, nixam. Quod enim olim *Finni*, h. e. *Lappi*, sylvas Smolandia inhabitasse feruntur, hoc ad seculum XIII nihil attinet, quo nulla sane *Laponum*, multo minus *nostrorum Fennorum*, iis locis domicilia occurrebant, si vel maxime ad Diocesim Scarensem illas pertinuisse demus. Neque iis temporibus semper curabant Hætararchæ, utrum Episcopus linguam Diocelanorum suorum calleret, nec ne; neque etiam facile fuisset, in re tam nova atque imbecilla, Fennos huic muneri administrando pares, invenire. Elogiis tamen quæ his primis Finlandiæ Episcopis, popularibus suis &c. — Not. 62 l. 2, leg. *doceri queat*. L. 4 *omnes quos vidi Codices*. Postea in illo quem *Rotbovianum* appellandum censuimus, scribi vidimus *Nicolaum Parve*, *Decanum Upsalensem*; non incommode, si doceri queat *Nicolaum* illum hoc cognomen vere gessisse? Conjeceram aliquando, pro *parvedicanum* legendum esse *primum Decanum*? Sed mera est conjectura. — P. 196 l. 2, post *associat* ponendum est comma (,); post & comma delendum.

P. 200 l. 5 leg. *dividendum*. L. 9 numerus paginae citatæ, 185, excidit; qui reponendus est. Not. 67 l. 4 leg. *potiundi*